Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



& lumen eius.
Quia tu possedisti renes meos / suscepisti me de
utero matris mee.
Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus
es / mirabilia opera tua / & anima mea cogno
scet nimis.
Non est occultatum os meum a te q̃d fecisti in
occulto / & substantia mea in inferioribus terre.
Imperfectum meum viderunt oculi tui / & in
libro tuo omnes scribentur / dies formabunt
& nemo in eis.
Mihi autem nimis honorificati sunt amici
tui ds / nimis confortatus est principatus eorum.
Dinumerabo eos & super harenam multiplica
buntur / exsurrexi & adhuc sum tecum.
Si occideris ds peccatores / viri sanguinum de
clinate a me.
Quia dicitis in cogitatione / accipiant in vanita